UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Digesti Novi

Bartolus

Lvgdvni, M.D.LXVII.

Cessione bonorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

ſoluit, ꝙ contraria loquuntur in maiore, hic in adulto. Sed iſta
non eſt bona ratio, quia eo iure quo ſuccurritur maiori, ſuccur-
ritur ⁊ adulto, vt C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. l.
j. Aliam ſolu. ponit gl. ꝙ hic erat damnatus poſt confeſſionem,
ideo non iuuatur, niſi per reſtitutionem. Iſta gl. in ſe dt verum,
ꝙ ante ſententiam eſt ipſo iure nulla confeſſio probato errore,
poſt ſententiam non, niſi per reſtitutionem in integrum. Tu er-
go potes intelligere legem iſtam, quod poſt confeſſionem fuit la
ta ſententia, ⁊ demãdata cognitio executioni, ⁊ tunc error qui
fuit in ipſa confeſſione, eſt adhibitus circa id quod non poteſt
opponi poſt ſententiã, ⁊ tunc petita reſtitutione reuocat error:
ſecus de his que recognoſcũtur in executione, q2 tunc ille error
4 non reuocat per reſtitutionẽ, ſed ipſo iure eo probato. ¶ † Que
d ro, an[d] aduerſus errorem iuris poſſit in integrũ reſtitui pro eo
dem: Cy. in l. j. C. eo. in xj. ⁊ xij. q. intelligit legẽ noſtram in erro
re iuris: ſed male dt, q2 iſta reſtitutio datur ex clauſula illa gene
rali, ſi qua iuſta cauſa eſſe videbit, ſed error iuris nõ eſt iuſta cau
ſa, cum ſit lata culpa, ⁊ ſic non eſt iuſta cauſa, d. l. etate. §. qui iu-
5 ſto. ſ. de interro. ac. ¶ Quero, † an iudex delegatus poſſit in in-
tegrum reſtituere aduerſus ſniam ſuã interlocutoriã: ⁊ Cy. al-
legat iſtam legem que nõ facit. Glo. eſt de hoc in l. minor autem
magiſtratus. §. j. ſ. de mino. ⁊ per Cyn. qui allegat, iſtam lẽgẽ in
6 l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iu. † No. ergo ex l. iſta de errore cõ-
putationis, ꝙ iuſta cauſa eſt erroris. Itẽ no. ꝙ iudex qui cogno
ſcit de executione poteſt cognoſcere de errore, qui poteſt in exe
7 cutione opponi. ¶ † Item, nota limitationem ad l. error. C. de
iur. ⁊ fac. igno. ꝙ poſt cauſam deciſam nõ reſtaurat error, verũ
8 eſt ipſo iure, ſed per reſtitutionẽ in integrum ſic, vt hac l. † Itẽ
no. hic caſum eius qd dixi ſm Inno. ſ. titu. j. l. ij. ꝙ iudex qui hꝫ
cognitionem de executione nihil poteſt pronunciare cõtra ſen-
tentiam, vnde de exceptione nullitatis iſte non poteſt cognoſce
re, ſed deberet ad primum iudicem remittere, ſecus in alijs ex-
9 ceptionibus, que poſſunt opponi poſt ſententiam. † Item nota,
quod error circa ea que ſunt deciſiua totius, poteſt reuocari.

ADDITIONES.

a Alexand. ¶ Cum fideicommiſſum. Intellectum huius l. ponit
Bal. plene in l. j. C. eo. tit.
b ¶ Exceptio inuẽtarij. Vide de iſta materia poſt Bar. ꝙ ſcripſi
in l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ibi Bal. ⁊ in l. ab executione. C. quo.
ap. ⁊ Bar. in l. ex diuerſo. §. fi. ſol. mat. ⁊ ibi dixi, non tn inuenio
text. probantem in terminis de exceptione inuentarij, ꝙ poſſit
opponi poſt ſententiam. ſed bene inueniuntur iura de exceptio-
nibus modificatorijs, in quibus habetur, ꝙ quis conueniatur
in quantum facere poteſt. ¶ Adde Pau. de Caſt. in d. l. Neſen
nius. ⁊ Petr. de Ancha. conſi. vj. vbi de exceptione inuentarij,
⁊ dicit ꝙ omnis exceptio que poſt ſententiam poteſt opponi po
teſt ⁊ poſt bannum.
c And. Barb. ¶ Quod quando. Et facit id quod not. Bart. in l.
non fatetur. eo. ti. ⁊ in l. error. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ Cy. in l. j. C.
de condictione indeb. Jo. And. in additio. Spec. de executione
ſent. §. fi. verſi. illud. Jo. de Imol. in l. Imperatores, de reg. iu.
Sed quid ſi eſt lata in fauorem iſtius ita confitentis, vide l. ſi ſer
uus plurium. §. j. de leg. j.
d ¶ Quero an. Adde l. j. ⁊ ibi Bar. j. de ſeparat.

LEX II.

Non omnimodo. Quero, quare dici-
tur, non omnimodo.
Dic vt ſupra l. iij. ⁊ l. qui Stichum.

De ceſſione [a] bonorum. Tit. iij.

a
¶ Dictum eſt ſ. de confeſ. ⁊ condem. verum, quia confeſſi ⁊ con
demnati detruduntur in carcerem ſi non ſoluunt, vt ſ. titu. j. l. j.
ideo eſt adinuenta bonorum ceſſio, ex qua ſuccurritur condem-
natis ne in carcerem detrudantur.

ADDITIO.

a P. Pau. P. ¶ De ceſſione. Fallit quando ex delicto imponi-
tur pena pecuniaria, vt per Iaſ. in l. ſi quis id quod. verſ. tertio
pondera. ff. de iuriſdi. om. iudicum.

LEX III.

1 Cedens bonis, non videtur habere rem pro derelicto.
2 Cedens bonis poteſt penitere.

Is qui bonis ceſſit ante.
1 Not. hic licet quis dicat, cedo bonis, non vi-
detur habere bona pro derelicto: ſed ex hoc da
tur creditoribus quedam poteſtas alienandi.
Et ratio eſt, quia quando habet pro derelicto
quis, cuilibet occupanti videtur donare, l. quod ſeruus. j. de ſti
pula. ſer. ſed ille qui cedit bonis, non cedit niſi creditoribus.
2 † Item nota, ꝙ hic habet locum penitentia contra. l. ſicut. C. de
act. ⁊ obli. vbi penitentia non admittitur. Dicit Dy. hic ſpecia
le. Vel aliter, ceſſio bonorum non fuit actus obligatarius, ſed in
ductus in debitoris fauorem, ideo poteſt penitere ſi vult.

LEX IIII.

a Is qui bonis [a] ceſſit, ſi qd.
Concordat l. qui bonis. infra eodem.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Is qui bonis. Tene menti ꝙ prouiſio huius tituli, non
eſt neceſſaria in obligato ad ſpeciem. vt not. probat Bartol. in l.
continuus. §. illud. de verb. ob. qd bene not. ⁊ per Azo. in tit. de
his qui in prio. credito. loco ſucce.
1 Ceſſio bonorum, an impediat litis conteſtationem.
2 Ceſſio bonorum habet locum in debitore fiſci.
3 Ceſſio bonorum non habet locuꝫ, quando quis preciſe teneatur
ad factum.
1 §. Sabinus. Hic tex. † ibi, inquietari, videtur dicere
ꝙ ceſſio bonorum impediat litis cõteſta-
tionem. In contrarium videtur text. j. eo. l. pen. ibi dicam. Sed
opp. C. de exac. tri. l. nemo lib. x. ⁊ l. ſacrilegij capite. circa fi. j. ad
2 leg. Jul. pecu. ⁊ de ſacrilegijs. † Solu. Quod hic dicitur eſt ve-
rum, preterquaꝫ ſi eſſet debitor reipublice, vt legibus ſrijs. Itẽ
3 predicta † vera ſunt, preterquam ſi teneretur ad factum, ad qd
quis teneret preciſe. Ex hoc enim ꝙ lex dicit preciſe teneri, pa-
tet, ꝙ ceſſio bonorum non admittitur, ⁊ ꝙ poſſit quis compelli
preciſe. Dicunt Vltramontani eſt verum, vbicunque eſt electa
induſtria perſone. Ita no. Cy. C. eod. l. j. in ij. q. Sed puto veruꝫ
qd ipſi dicunt, ꝙ ceſſio bonorum non admittatur, vbi quis pci-
ſe tenetur ad factum: ſed non puto verum qd dicunt, ꝙ compel-
latur preciſe vbicunque eſt electa induſtria, qd plene ſcribo in l.
ſtipulationes non diuiduntur, infra de verbo. obliga.

LEX V.

1 Cedens bonis non liberatur a ciuili obligatione bonorum.

Qui bonis. In exigendo aliquem in quan-
tum facere poteſt, inſpicit quan
a tum ex eius patrimonij [a] fructibus põt redigi, nõ quã
tum ex venditione rerum redigeretur, h. d. ſingula-
ris, ⁊ mirabilis caſus. In tex. ibi, ex quãtitate eius, ⁊c. idẽ ex quã
titate fructus, qui rediguntur ex eo qd acquiſitum eſt. Not. er-
1 go † qd dixi in caſu, ⁊ glo. colligit hic vtrum per ceſſionem bono
rum quis liberetur ab obligatione bonorum ciuili, ⁊ hic eſt tex.
qd non, q2 poſt ceſſionem poteſt conueniri, ⁊ ſic ciuilis obligatio
non eſt ſublata. Et iſta eſt veritas, licet contrarium no. in l. vbi-
cunque. j. de fideiu. vbi dt, quod ciuilis obligatio tollitur, qd eſt
contra hanc l. ⁊ gl. que eſt hic, tenent doc. C. e. l. j. in ix. queſtione.
Alex. ¶ Patrimonij. No. ꝙ inſpicitur quantũ ex fructib9 pa
trimonij redigi põt. Bene facit l. ſi fundum per fideicõmiſſum,
in prin. ⁊ qd ibi Bar. no. de leg. j. ⁊ qd not. Bar. in l. ij. in fi. de re
ſcin. ven. adde tex. ⁊ ibi not. Bart. in l. Imperator. in fi. ad treb.
⁊ per hunc text. Bald. vt refert Imol. in l. ſi maritus in id. ſolu
to matr. dt, ꝙ ſi maritus qui condemnatus eſt in quantum face-
re poteſt, habet poſſeſſionem maioris valoris, ⁊ modici reditus
ex quo reditu vix viuere põt, nõ cogit illam vendere per illũ tex.
ſed Imo. ibi contrarium tenet. An autem quando maritus con
demnatur in quantuꝫ facere põt ſufficiat ſibi relinquere tantũ,
ꝙ ſibi pro victu ſufficiat, ſecundum qualitatem perſone ſue, an
vero ſufficiat relinquere tantum. ex quo ſine neceſſitate viuere
poſſit, vide Bal. in l. maritum. ſ. ſolut. mat. ⁊ Ja. de Are. ⁊ doc.
in d. l. ſi maritus. in pe. q. Vide ſing. Bal. in rub. qui bo. ce poſ.
⁊ in l. ij. circa prin. C. ꝙ cũ eo. Adde que conſuluit Ro. conſ. dic.
ad fi. per hãc legẽ quam ibi dt ſingularem ad id. ¶ An. Barb.
Et iſtum text. tene menti perpetuo: quia Ange. in l. diuus. ſ. de
pet. here. facit magnum feſtum, dicens ſe vna cum Bald. conſul
uiſſe apud Ariminum, ⁊ in l. Imperator. ſ. ad Trebel. ⁊ ibi do.
Joan. ſatis concordat. Caſus valde no. eſt ſecundum eum in l.
j. §. mulier. de ven. in poſ. mit. Vide omnino, ⁊ vide Ange. in l. j.
C. de legat. ⁊ in authen. contra cum rogatus. C. ad Treb. ⁊ in l.
imperator. ff. ad Tre. Bart. in l. cum alimenta. ff. de ali. le. Bal.
in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſco. ⁊ cleri. vbi allegat iſtũ
text. ⁊ text. in l. iij. §. j. ff. vbi pu. edu. debeat.

LEX VI.

1 Agnoſcere debituꝫ debet primo ille, qui vult cedere bonis,
⁊ qualiter fiat iſta agnitio.
2 Ceſſio bonorum, an impediat litis conteſtationem.
3 Cedens bonis cogitur indicare bona.
4 Poſt ceſſionem factam locus eſt penitentie.
5 Cedenti debent panni ſaltem remanere.

Qui cedit. Hic videtur caſus ꝙ ceſſio bonorum
1 conteſtationem non impediat. † Di-
a citur hic, agnoſcat debitum, quero qualiter [a] iſte debet
agnoſcere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

agnoſcere: Dicit glo.vno modo dicitur agnoſcere extra iudi-
cium, confitendo, vel fideiuſſorẽ dando, vel pignus, vel inter-
ponendo cautionẽ.l.cũ notiſſimi.§.ſ⁊ ⁊ ſi quis.C.de preſcri.xxx.
annorũ.⁊ h.d.gl.ſuper verbo, agnoſcat. Alius modus agnoſcẽ
di eſt in iudicio, vt cõfitendo in iudicio, vel patiẽdo ſe condẽna-
ri factis probationibus legitimis, ⁊ hoc totũ eſt fauore credito
ris: q⁊ dicit creditor, poſt ceſſionẽ bonorum non poſſem ita bene
agere cum alio, ſicut tecũ, ideo volo ꝙ teſtes examinantur cõtra
te antequam cedas, ⁊ fiant probationes. ⁊ hec eſt veritas, vt not.
2 in gl.ſuper verb.d⁊.†Sed contra hoc op. q⁊ lcd⁊ hoc videtur ꝙ
ceſſio bonorũ non impedit litis conteſtationẽ: qd eſt cõtra l.iij.
ſ.eo.⁊ l.ex cõtractu.C.de bo.auto.iud.poſ.⁊ l.itẽ ſi vnus.in prin.
ſ.de arbi. R̃ñ. ille leges ſm iſta⁊ debent intelligi, q⁊ ceſſio bono
b rum impedit[b] conteſtationẽ ſi debitum eſt liquidu⁊, vel eſt para
tus agnoſcere extra iudiciũ, alias non impedit conteſtationem,
vt hic. Alij dicunt ꝙ ceſſio indiſtincte litis conteſtationẽ impe-
dit. Non ob. hec lex, q⁊ totum hoc eſt in fauorem debitoris, vt ſi
pretor eum viderit ſufficientẽ, non patief eũ cedere bonis. Hec
opi. non placet mihi per l.illud.§.j.ſ.de trib. q⁊ poſito, ꝙ quis
non ſit debitor, põt dicere, nolo iſta bona, ad hoc vt implicatio-
nes effugiat. Veritas eſt ergo, ꝙ hec lex eſt inducta in fauorem
creditoris, ſi eni⁊ creditor non curaret ꝙ debitũ liquidaret, vel
ipſe agnoſceret, ceſſio procederet, alias cogetur liquidare, ⁊ de-
3 bitũ agnoſcere.†Quero, vtru⁊ ille qui cedit bonis, cogaf iudi-
care bona: Dicit gl. ꝙ ſic. Idẽ no.C.eo.l.j.⁊ ſentit gl. in ver. ab
alijs.ſ.e.l.iiij.§.Sabinus.arg.l.fi.§.licẽtia.C.de iure deli.ide⁊
t⁊ Spe. in debitore cõtumace in ti.de primo, ⁊ ſcdo decreto.§.
4 nũc videamus.verſi.fi.†Quero, vtrũ poſt ceſſionẽ factam ſic ſo
lenniter ſit locus penitẽtie: Quidã dicũt ꝙ non, quaſi due cõfeſ
ſiones impediant. Prima, qñ debitum fuit confeſſus. Secunda
quando ceſſit. Glo. dicit contrariũ, ꝙ et aũ tunc h⁊ locum peni
tentia, l.legis Iulie.C.eod. Et circa hoc vide Cy.in l.j.C.eo.in
5 vj.q. ¶†Quero, qñ aliquis cedit bonis an d⁊ ſibi remanere ali
quid: Dicit gl. ꝙ non, imo nudus exulat. Dy.⁊ Pe.reprobant
c iſtã gl. ꝙ nõ debeat ire ita nudus, imo ſaltẽ panni[c] debent ſibi re
manere. Et probant hoc, q⁊ etiã damnatis ad mortẽ relinquunt
panni, l.diuus.ſ.de bo.dam. Circa hoc vide Cy.C.eo.l.j.in iiij.
q. Quali.er aute⁊ quis cedit bonis, videbitis ſtatim ſ.l.proxima.

ADDITIONES.

a Alex.¶Quero, qualiter. Videqd per iſtum tex dicit Bar.in l.
etiam.§.l⁊.circa ſi.ff.ſol.mat. Sed ad l.iſtam qualiter negatio,
vel cõfeſſio requiratur, ad hoc vt habeat locu⁊ ceſſio, vide Bal.
in l.j.in prin.C.eo.per doc.in c.Edoardus.de ſol.poſt gloſſam.

b ¶Impedit. An exceptio ceſſionis bonorum impediat lit.con-
teſta. adde Bar.per illu⁊ tex.in l.iij.C.de bo.auto.iud.poſ.⁊ qd
ibi dixi. An autem cedens teneatur ſatiſdare, ſi ad pignorem
fortunam peruenerit, vide Bald.in l.ij.C.qd cum eo.in verſicu.
quero, vtrum poſt ceſſionem. vide l.j.ſ.eo.⁊ Bar.⁊ Bald.in l.fi.
C.eo.in duobus locis.

c ¶Saltem panni. Adde ꝙ retinet bona prohibita alienari, vt
feudum, ⁊ emphyteuſim, vſumfructũ, ⁊ ſimilia, ſecundum Bal.
in l.j.C.eodem. Et quid ſi reſeruauit ſibi vnum denarium, vide
Bald.in l.fi.C.eod.

LEX IX.

1 ☞Ceſſio bonorum fit etiam extra ius, ⁊ per nuncium, ⁊ per e-
piſtolam.
2 Ceſſioni bonorum, an poſſit renunciari.

a
1 **BOnis.** [a]Nota, † ꝙ ceſſio bonorum fit etiam ex
tra ius, ⁊ per nuncium, ⁊ per epiſtolam,
ſed hodie in partibus in quibus fit ceſſio, eſt conſue-
tudo, ꝙ fiat ceſſio modo vitu perabili. Et dicit Cy. ꝙ
Franc. Accur. modum oſtendebat in cathedra, dum in hac ma
2 teria legebat. ¶†Quero, vtrum cõceſſioni bonorum poſſit re-
b nunciari.[b] Vide Cy.C.e.l.vlt.latius vide quod dixi in l.alia.§.
generaliter.ſ.ſol.mat.vide vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a Alex.¶Bonis. Iſta eſt ſingul.l.ſm Bald.in l.j.C.de confeſ.ꝙ
ceſſio poteſt fieri per nuncium. Quomodo autem fiat ceſſio, ad-
de Bald.in l.j.C.eo. Et dum dicitur hic, ꝙ fit per nuncium, vide
Bal.in d.l.j.⁊ in d.l.fi.eo.tit. Adde an ceſſioni poſſit renuncia-
ri, Feder.conſil.cclxiij.

b Roma.¶Poſſit renunciari. Vide Federic.conſilio lx. An au
tem excommunicatus poſſit cedere bonis, ⁊ aliqua in materia,
vide per eundem conſilio cxcij.⁊ aliquid per Panor.conſi.xlij.
volu.ij.⁊ Fely.in c.cum ex off cij.de preſcrip.⁊ Alex.⁊ doc.in d.
§.eleganter.in ver.v.infertur.⁊ Panor.in c.cum cõtingat.⁊ ibi
addidi de iureiur.⁊ in c.lator.de pigro.⁊ do.de Ro.in deci.an-
tiquis xxxij.in titu.de re iudi.⁊ vide Anch.in c.canonum ſtatu-
ta.de conſti.quem ſequitar Alexan.conſilio lxij.vo.ij.vbi dicit
ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ inſtrumenta guarentigiata mandentur exe-
cutioni per carcerationem, ⁊ quemlibet modũ qui creditori pla
cuerit, tamen hoc nõ obſtante poterit bonis quis cedere. Et vi-
de Fel.in c.ex reſcripto.de iureiu.⁊ do.de Ro.deci.ij.in tit.de
iureiu.⁊ etiam Fel.in d.c.ſi diligenti.verſic.in iij.corrolario.
extra de foro compet.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. Tit.iiij.

¶Dictum eſt.ſ.quando fit executio ſentẽtie, vel confeſſionis,
verum quia quandoque quis non eſt confeſſus, neque condem-
natus, ſed contumax, ex quo peruenitur ad primum, ⁊ ſecundu⁊
decretum, ideo ponitur hec rubrica.

LEX I.

TRes fere. Op.C.d his q ad hec.gfu.
l.fi.§.ſed ſi hoc Sol. illa d⁊
intelligi ſm iſtam Item ꝯ in aut.de exhib.re.
§.ſi vero poſita ⁊ C.de bo.aut iud.poſſ.aut.⁊ q
iurat. Solu. hec per illam corrigitur, q⁊ l⁊ olim
fiebat remiſſio in omnibꝰ bonis, tñ hodie fit miſ
ſio pro menſura debiti declarat d.aut.⁊ q Quero. quare dicit
fere: Reſpond.ꝑpter miſſion.ex Carbo.in quam fit in omnibus
bonis miſſio, vt ſ.ad Carbo.l.j. Quero, vtrum poſſeſſione que
datur nomine ventris immutetur aliquid per auth.de exhibẽ.
re.§.ſi vero. Reſpond non: quia illa non datur ratione cõtuma-
a cie, ſed in poſſeſſione, que datur cauſa rei ſeruande[a] vel legato-
b rum ſeruandorum eſt iuramentum. Item an in cauſa[b] damni
infecti ſit immutatum aliquid: Reſpond quia, ſicut olim fiebat
miſſio in rem, ex qua damnum tenebatur, ita ⁊ hodie. Vide gl.
pen. que incipit cum agitur. in fi. Idem ſi pro ſpecie agatur ꝑ-
ſonali ex teſtamento alleg.in gl.l.quamuis, ſecus forte ſi reali,
vt ſ.eodem, l.Fulcinius.§.item videamus.⁊ §.Celſus.

ADDITIONES.

a Alex.¶Rei ſeruande. Vide Bald.in l.cum Archimediorum
in fi.C.vt i poſſeſ.⁊ leg.⁊ ibi not.de plurib.ſimilib. Adde Bar-
tol.in l.ſi prius.in x.oppo.prime partis.ſ.de ope.noui nun.qui
aliter loquitur.

b And.Barb.¶Item in cauſa. Adde tu aliam, cum petitur ex-
hibitio liberi hominis, nec per ius nouũ eſt aliquid immutatũ,
l.iij.§.fi.de li.ho.exhi. Spe. ponit in ti.de contu.§.ſequitur, ver
ſic.porro. Sed an poſt ceſſionẽ poterit reꝰ mulctari: dic vt in d.
l.fin.§.ſed ſi hoc. vide Barto.in l.j.§.quid ergo.de ven.inſpici.

LEX II.

PRetor ait. Dicitur hic, ſiſtendi: quero qd ſi
fideiuſſores non dedit: Cl.dt
qd idẽ, ⁊ bene. Videbitis ſ.e.l.Fulcinꝰ.in prin. Que
rit gl. an hoc caſu debeãt citari amici: Dicit gl. ꝙ non
eſt neceſſe qd citentur, ex quo ſemel fuit reus in iudicio. Sed dic
qd eſt tutius ꝙ citentur, de quo dicam ſ.eo.l.hec autem §.j.

§. Poteſtatem. Hic icipit exponere verba edi
cti, vide gl. in verb poteſtatem
que incipit, ⁊ certe, non videtur.

1 ☞Iudex poteſt citatum abſentem reputare cõtumacẽ, licet
mittat procuratorem, qui eſt minus legalis ⁊ minus ſufficiens.
Idem quando procurator comparet, ⁊ dicit ſe non inſtructum
2 Iudex quando procurator comparet, dicat, qd vult qd com pa-
reat dominus ad reſpondendum, quia melius inſtructus vel le-
galior, ⁊ eſt communis practica.
3 Cautela vt abſens qui vult reſpondere per procuratorem re-
ſpondeat tali libello, vel inquiſitioni ſic ⁊ cautela reprobatur.
4 Procurator qui requirit terminum ad referendum cũ domi-
no, an debeat ei dari, vel dominus dicatur contumax.
5 Nuncius ſi mittitur abſenti ad iurandũ de calumnia, vel ad re
ſpondedum, debet mitti expenſis abſentis.
Copia mandati eſt data expenſis domini abſentis.

§. Defendi. Not.verſic.ibi, qui per abſentiã ſuam ⁊c.
Quero quid ſi aliquis mittit procurato
rem, ⁊ minus legalem ꝙ ſit ipſe principalis: Certe facit deterio
rem conditionem aduerſarij, ideo nõ videtur defendi, vt l.vlti.
a C.de procura.l.ſi actor[a]ſ.de proc. Videtur ergo ꝙ eoipſo qd cõ
1 paret procurator minus†ſufficiens, vel minus legalis, quam
dominus, poſſit iudex abſentem reputare contumacem, q⁊ nõ
defenditur. Item videtur aliud, qd ſi procurator dicit nõ poſ-
ſum reſpondere, q⁊ non ſum inſtructus, qd iudex poſſit abſen-
tem reputare contumacem, vt hic videtur glo. dicere. Doc. no-
ſtri dicũt ꝙ ſiquidẽ eſt citatus aliqs ad aliquid certum, vt ad re
b ſpondendũ tali libello[b] ſic dicenti, tunc ſi mittit procuratorẽ nõ
inſtructũ, ⁊ procurator dicit, volo terminum ad reſpõdendũ, q⁊
volo cõferre cũ domino, tunc iudex põt abſentẽ reputare contu
macẽ. arg. huius legis cũ ſua gl. Aut eſt citatus generaliter, vt
veniat ad reſpondẽdũ de iure tali, ⁊ tunc ſufficit mittere ꝓcura-